



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von
Erfurti, 1675**

Ad plur. Rdm. Dominum Joannem Danielem Gvdenvm Eminentis.
ArchiPraesulis Moguntini Sigilliferum Erfordiensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Heu! quid ab obfessâ crudelius accidit urbe,
Vulnera quam cari & dira pericla viri!
Publica hic imminuit victorum gaudia luctus,
Cunctorumq; uno in vulnere vulnus erat.
Vidi ego, tunsa stetit Eichsfeldia pectus honestum,
Pulvere sparsa comas, & laniata genas.
Quin vidi, Stygiæ tunc monstrum odere sorores.
Plus solito, Pluton fugit & ipse Pater.
Nil agis, & frustra, Furiarum maxima, gaudes,
En scelus excusant mitia fata Tuum.
Ille hostis Tuus, Astreæq; Philippus ocellus
En Divæ meritis in Tuu damna valet.
Et ne Tu valeas longum, me vate, valebit,
Si curat patriæ vota, precesq; Deus.
*Ad plur. Rdm. Dominum. JOANNEM DANIELLEM
GUDENUM Eminentis ArchiPræfulis Moguntini
Sigilliferum Erfordiensem.*

Eferra cum fremeret vesano turba tumultu,
Nec nisi quod cæco Jus datur ense foret.
Quam prope nil miserantis eras tunc victima vulgi,
Ni latebras superum cura, GUDENE, daret!
Non minor ipse quidem post sæva pericula vivis,
Gaza tamen prædæ, & Bibliotheca fuit.
Fersæquus vel ferre potes damna ista, GUDENE,
Virtus restat, opes: Bibliotheca, caput.

In fugam Nob. & Clariss. Viri PETRI FRANCISCI CHRISTIANI PAPII Prætoris Erfordiensis.

TU quoq; terga dabas, themidos preclare Sacerdos,
Cur Jus non perdis dicere? Prætor eras.
Non vis Socraticâ, vis sorte Themistoclis uti:
Manserat ille, cadit: fugerat iste, reddit.
PRÆTOR NON CURAT MODICUM, sed vivere magnū est,
Quiq; caput, glande is plus petit aut oleo.
Si dabit inferias, inquis, capita ultio centum,
nullum, humeris Papil quod coalescat, erit